



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An irregularitas orta ex homicidio justo sit per Episcopum
dispensabilis? Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis
subditis super irregularitate proveniente ex bello justo? Ex p. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

Ex his infestatur primò irregularem fieri Medicum, publico, vel particulati stipendio conductum; si ciuitatis milles, negligenter, aut ignorantia infirmus morietur; unde talsis dicitur à Medico occidi; argumento, *Omnis abit: diuersi*, &c. Et ratio est, quia ratione stipendi tenetur ex iustitia. Quod etiam procedit, quamvis Medicus infirmum deferat, eò quod incedem ei non soluit; quia postquam semel curam infirmi suscepit, perseverare tenetur: nam contractus, qui in initio sunt voluntarii, post factum sunt necessarij: & praecipue cum post infirmi conualefcētiant, vel mortem possit stipenda, & sumptus exigere. Neque excusatur ex copia aliorum medicorum, qui vocari possunt; nisi ipse alium & quæ petitum aduocet, quem pro leipo substitutus. Nec similiter excusabitur, si infirmus nolit ei obedire; licet enim, runc, peccet & agrotus nolendo medicamenta fumere, unde si morietur sibi soli debet imputari: quia tamen in hoc casu tenetur Medicus iniurium curare; in culpa erit si, iniusto agroto, Medicus opportuna non dederit ex Glosso, in principio, & finib. 8.;

3. Infurter secundò ; irregularē etiam esse Regem , & Gubernatorem , ob cuius omissionē , & incuriam subditus occidit , aut mutilatur ; cùm legi iustitiae tenetur eum defendere . Et idem erit de subditis , qui ratione subjectionis , superiores suos defendere tenentur , si eos occidi permittant : argumento cap. Rege , cap. Administratoris 23. quæst. 5. est ergo de iure iurandi cap. de form. 22. questionis . Idem dico de illis , qui stipendio assumptèrunt custodiā viarum ; si culpabiliter viatores occidiat , mutilari permittant . Similiter est irregularis , qui ex promissione se obligauit ad defendendum alterum , si eius defensionem omittat , & ille occidatur ; quod est intelligendum de obligatione mercenaria , quia si obligatio liberalis sit , aut iactatoria , irregularis non erit ; quia hæc non inducit obligationem ex iustitia sed ad summum ex fidelitate . Idem est descendunt de domino erga seruum , patre erga filium , marito erga vxorem , tutore erga pupillum , curatore erga minorem , pedagogo erga parvulum , si moriantur , & quod cis debita alimenta non administrent .

4. Infertur tertio, idem esse digendum de adiuto-
cato, ac procuratore assumptum patrocinium dolo-
sè deferentibus: si reus ob talen defertionem mor-
tale puniatur: si mo etiam erunt irregulares si patroci-
nium non deserentes, ob eorum tamen ignauiam,
vel imperitiam in defendendo, reus occidatur. Et
idem est de teste in iudicium legitimè adducto; si
veritatem taceat, & ob eius silentium reus morte
puniatur.

5. His tamen non obstantibus probabiliter ali-
qui opinati sunt , non impedientes homicidium, non
incurrere irregularitatem , etiam si ex iustitia te-
neantur illud impedit : quia Textus in contrarium,
vbi suprà , adducti , loquuntur tam de obligato ex
iustitia quam ex charitate . Tum & præcipue , quia
esto non impedit maleficium , cum possit ; fauere
dicatur , & in illud consentire : non tamen fai-
re est , & propriè , sed interpretatione iuriis . Ideoque
in leg. Quid ergo vers. Ceteri ff. de his qui notariis
infamia dicuntur de hoc omittentes , Quodammodo fe-
cisse videatur : quasi non perfectè fecerit . *Et in Re-*
gul. qui non fecit 164. ff. de Regulis iuris. Qui non
fecit quod non facere debet , videur facere aduersus
ea , quae non facit . Expende , non dixisse Textum
absolutè , facit : sed , videur facere . Verum , stando
in sententia affirmativa communi , Respondeo ad
calum propositum non impedientem homicidium ,
ad quod tenebatur ex iustitia ; si ex timore hoc fecit ,

posse de irregularitate incursa dispensationem ab Episcopo obtinere. Et ita hanc sententiam docet Castrus Palau, tom. 6. disp. 6. punct. 15. ss. num. 6. vbi sic ait: Superest dubium, An irregularitas, qua contrahitur ob non impediendum homicidium, censenda sit irregularitas, ex homicidio voluntario, vel casuali? Breuiter responde; id sumendum esse ex intentione qua moueris ad non impediendum. Si enim ex odio in personam non impedis; manifestum est, te esse irregulariter ex homicidio voluntario; quia ea omissione vis eius mortem evenire. Si autem non ex odio in personam, sed ex alio rese-
etu, scilicet ex humano timore, negligentiâ, auctoritate, ceteris homicidium impedit; nullatenus censendus es irregularis ex homicidio voluntario, sed casualliquia præter tuam voluntatem evenit. Ita ille, qui citat Suarez, & Bonacinanam, quibus ego, ut dixi, adhæco.

RESOL. XXXVIII.

An irregularitas orta ex homicidio iusto sit per Episcopum dispensabilis?
Et an Prelatis Regularibus possint dispensare cum suis subditi super irregularitatem prouenientia ex bello iusto? Ex part. 4. tr. 2. Ref. 70.

S. I. Negatiue respondet Gauantus in encyridio Episcoporum. Ver. irregularitas, numer. 103. Alzedius in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 46. Guttierez in Can. quæst. lib. 2. cap. 6. num. 170. Cornejo ubi infra. Molina de iustitia. tom. 4. tract. 3. & disput. 79. num. 8. Filliucius tom. 1. tract. 19. cap. 10. num. 281. & alij communiter. Ratio est, quia Concil. Trident. in sess. 24. capitulo. 6. tantum concedit Episcopis facultatem dispensandi in irregulari- ficatione.

Et Episcopis facultatem dispensare in irregularitate ex delicto. Aliqui tamen assertur Episcopum posse dispensare in irregularitate iustæ occisionis, quia hoc conceditur Episcopis in dicto loco Concilij, dum exceptum homicidium voluntarium nam ibi sub nomine homicidij voluntarij exceptitur tantum occiso hominis iniusta, prohibita in quinto præcepto. Decalogi, & ideo hanc sententiam tener Barbola de potestate Episcop. part.2. allegat. 39. num.47. Bannez in 2.z. questione. 40. articulo. 2. dub. 4. Medina in summa part.1. cap. 12. §. 12. Campanili in dñer. iur. Can. rubr. 11. cap.23. num.138. Hieronymus Rodriguez in compend. questi. regular. resolut. 81. numer.3. Nouarius in iure noui Pontif. conclusi. 31. num.3. & Ioan. de la Cruz in director. part.2. irregular. dub.9. conclusi.1. probabilem esse docet, licet, & merito, in conclusi. negatuan sententiam tanquam probabilem teneat. Verum ego puto Prælatos Regulares ab solutio posse dispensare cum suis subditis super irregularitatē prouenienti ex bello iusto, vt tenent Filiicrus loco citato, & Hieronymus Rodriguez in compend. questione regular. resolut. 52. numer.23. quia sub nomine homicidij voluntarij, ut supradictum est, & obseruat in specie Vega en espejo de curas tom. 2. cap.12. §. 32. numer. 325. & alij, non includunt homicidium iustum, como (ait ipse) el echo por los ministros de Justicia vel echo por los soldados en guerra justa. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Petrus Cornejo in 3. parti. D. Thoma tractat.5. de irregular. disputat.13. dub. 3. quod.2.

RESOL.